



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum SS. Simonis & Judæ Apost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)



FESTUM SS. SIMONIS & JU- DÆ Apost.

THESIS I. *Vos Amici mei estis, si fe-* *Propositi.*
ceritis, Joan. 15. v. 14. Oportet
semel bene conclusum in effectum de-
ducere. I. Ut verò bene statuamus
omnibus ritè perpensis, invocemus S.
Simonem, qui interpretatur *Vir Consi-*
lij. II. Ut autem perficiamus, for-
titudine opus est, hinc invocandus S.
Judas, qui interpretatur *Fortis viribus.*

THESIS II. *Nonne hic est fa-* *Antipa-*
ber, Filius Mariæ, Frater Judæ, & Simo- *thia.*
nis, Marc. 6. v. 3. Non mirum, quòd
Mundus ita abjectè de Christo sentiat,
Fabrique filium appellet, constat enim
I. Antipathia Mundi cum Christo. II.
Sed & Antipathia Christi cum Mun-
do. *Vide hoc Festo Taboda S. J.*

THESIS III. *Si de Mundo fuissetis,* *Mundi*
Mundus, quod suum erat, diligeret. *Amicitia;*
Joan.
K 15.

15. v. 19. I. Amicitia Mundi commo-
 modi tantum sui studiosa est, vulgò in-
 zereffata, quia non nisi suam inde qua-
 rit utilitatem, ac bonum. II. Ami-
 citia periculosa est, quia nos ad mala in-
 citat. ac impellit. III. Amicitia fra-
 gilis est, quia pro nihilo tollitur, & ab-
 rumpitur. Vide S. Aug. l. de Amicitia
 c. 2. ubi ita: Amicitia aeterna est, si vera
 est. Vestigalis non est, inquit S. Am-
 brof. de Offic. c. 21. Multi colunt per-
 sonam Potentis, & amici sunt dona tribuen-
 tis. Prov. 19. v. 6. Non est vera ami-
 citia, sed mercatura quaedam utilita-
 tum suarum. Cicero lib. de Natura
 Deor.

Officium
 Apostolo-
 rum.

THESIS IV. Elegi vos de Mundo,
 propterea odit vos Mundus. Joan. 15.
 v. 19. Agere, Pati, Mori Apostolorum
 est, id quod in geminis his Apostolis
 pra oculis habemus, qui has functiones
 I. Promptè executi sunt. II.
 In tribulationibus constantes fuerunt.
 III. Et fortiter mortem sustinuerunt.

Amicitia
 mundi.

THESIS V. Si de Mundo iustif-
 setis. Joan. 15. v. 19. Mundi amato-
 res nunquam satiantur, non superbi,
 non

non avari, non luxuriosi &c. *Math. Faber Dom. 6. post Pent. Conc. 5.*

THESIS VI. Odit vos *Mundus.* *illuso*
Joan. 15. v. 19. I. Aliqui sunt, qui *Mundi.*
Mundo illudunt. II. Aliqui sunt,
quibus Mundus illudit. Vide Engelgra-
ve in Cælo Empyr. in fine Conc. de Com-
mun. Confess.

THESIS VII. De Mundo non e- *Mundico*
stis, sed ego elegi vos de Mundo. Joan. *lementa*
15. v. 19. Mundus est veluti corpus *tempora-*
aliquod ex quatuor elementis compo- *lia.*
situm. I. *Avaritia*, quæ animas in
terram curvas terrena appetere facit,
optimè Terram repræsentat. II. *Lu-*
xuria elementum *Aquæ* exhibet, quæ
undique se diffundit, & omnia inun-
dat. III. *Inconstantia* *Aërem* notat, qui
in perpetuo motu, & agitatione ver-
satur. IV. *Superbia* denique *Ignem* a-
git, qui semper sursum tendit, & alta
petit. S. Anton. de Padua.

THESIS VIII. Propterea odit
vos *Mundus.* Joan. 15. v. 19. Impro-
peria Mundi sunt Encomia Justorum.
Vide libell. *Excidium Idoli. l. 5. c. 1.*

THESIS IX. Propterea odit vos
K 2 Mun-

Mundus. Joan. 15. v. 19. I. Placere aliquibus est possibile. II. Placere multis difficile. III. Placere omnibus impossibile. Seneca.

Contem-
ptus Mun-
di.

THESIS X. De Mundo non estis. Joan. 15. v. 19. Spernere Mundum, Spernere Nullum, Spernere Sese, Spernere Sperti, magnum Viri Magni est fatum est, & doctrina.

Mundi &
Dei affe-
cta.

THESIS XI. De Mundo non estis sed ego elegi vos de Mundo. Joan. 15. v. 19. I. Sunt Sectatores Mundi: qui in vestitu suam gloriam quærunt, qui in corradendis opibus suam felicitatem collocant, qui è vindicta gloriam accupantur, qui pro libertate carnis pugnant. II. Sunt Sectatores Dei: qui sua libenter communicant, qui cultum animæ potiùs, quàm corporis quærunt, qui juramentis abstinent, qui inter se unanimes vivunt. Faber. Festo S. Martini Conc. 1.

Amici
veri, falsi.

THESIS XII. Vos Amici mei estis. Joan. 15. v. 14. I. Sunt Inimici specie tenus, reapse nostri veri Amici. II. Sunt Amici specie tenus, reapse nostri Inimici. Primi sunt sicut Medici, qui

qui sanitatem secando, & urendo nobis procurant; Secundi sunt sicut Matres per omnia filio indulgentes, atque ita nocentes.

THESIS XIII. Vos Amici mei *Amicus Christi*
estis. Joan. 15. v. 14. Qui amicitias *mundi inimicus.*
appetit JESU, multorum sciat sibi inimicitias tolerandas. Origenes hom. 21. in Josue. Scilicet I. Inimicitiam Diaboli. II. Inimicitiam Mundi. III. Inimicitiam Carnis.

THESIS XIV. Odit vos Mundus. *Mundi falsitas.*
Joan. 15. v. 19. Noli credere, minus fidere Mundo, cujus blanditiæ, & civilitates sunt splendide, magnam spem faciunt: verum I. Primum Munus sunt Promissa. II. Secundum sunt Excusationes. III. Tertium sunt Contemptus. IV. Postremum Proditio. Consilia Sapientia seu Axiomata Salomonis tom. 5. axiom. 7.

THESIS XV. Odit vos Mundus. *Adversa.*
Joan. 15. v. 19. Adversitates profunt nobis. Nam I. Timorem Judiciorum Dei excitant. II. Viræ præsentis amorem minuunt. III. Pretium æternæ Felicitatis ostendunt.

THESIS XVI. *Odit vos Mandata*
 Joan. 15. v. 19. I. *Pœnitentes debent*
 excipere adversitates, veluti remedia
 spiritualium suarum infirmitatum. II.
Iusti accipere, velut mercedem ope-
rum bonorum. III. *Perfecti eas pren-*
sare, velut præludia majorum securitate-
rum adversitatum.

Odium.


THESIS XVII. *Odio habuerunt*
me gratis. Joan. 15. v. 25. I. *Odiunt*
timorem incutit, ut timeamus, à quibus
timeri volumus. II. *Odium excæcat,*
ut peccata grandia æstimemus actiones
optimas illorum, quos odio habemus.
 III. *Odium indurat, ut non agnosca-*
mus merita eorum, & bonitatem, qui
nostram aversionem non sunt prome-
riti. *Diction. Apost.*

Creatura.

THESIS XVIII. *Si de Mundo susci-*
setis. Joan. 15. v. 19. *Tria hæc:*
Fides, Spes, Charitas, etsi virtutes sint
Theologicæ, & apices virtutum, si
Deum respiciant, sunt omnino tria vir-
tia abominabilia, si respiciant Creatu-
ras. *Consilia Sapientiæ seu Axiomata Sa-*
lomonis.

THE

THESIS XIX. *Confessus bonam Confessio*
Confessionem. 1. Tim. 6. v. 12. Ju-
das interpretatur Confessio. Sicut
ergo duo Judæ Thaddæus, & Iscario-
tes, sic bona, & mala Confessio datur.
Non vacat Mysterio, inquit S. Pasca-
sius in cap. 11. Lucæ. Ut in uno da-
retur norma bene Confitentium, & in
altero malè Confitentium.



FESTUM OMNIUM SANCTO- RUM.

THESIS I. *Beati.* Matth. 5. v. 3. *Gaudium*
3. *Beatitudo Sanctorum in Cæli.*
Cælo consistit. I. In *Unione.* II. In
Visione. III. In *Dilectione.* *Vivien in*
Tertull. Prædic.

THESIS II. *Beati.* Matth. 5. v. 3.
In cælo omnia *Summa sunt, Vera sunt,*
Æterna sunt, inquit S. Aug. in Pl. 49.
Scilicet; I. *Summa in perfectione.* II.

K 4 Ve